



Avrea Gemma Christianorvm

Ruben, Leonhard

Paderbornae, 1604

III. Debuit & eadem Patri cælesti à teneris annis in templo præsentari.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68313](#)

88 LIBER II. DE CHRISTI IESV
CAPVT III.

Debuit & eadem Patri cœlesti à teneris annis
in templo presentari.

IDq; non minus quam regi Assuero Esther, quæ cæteras pulchritudine præcellebat. Esther. 2. 16. 17. 18. Ducta est itaque ad cubiculum regis Assueri mense decimo, qui vocatur Tebeth, septimo anno regni eius. Et adamauit eam rex plus quam omnes mulieres, habuitq; graviam & misericordiam coram eo super omnes mulieres, & posuit diadema regni in capite eius, fecitq; eam regnare in loco Vasthi. Et iussit coniuinum preparari per magnificum cunctis principibus, & servis suis pro coniunctione, & nuptijs Esther. Etabdit requiem uniuersis provincijs, ac dona larguimus iuxta magnificentiam principalem. Et vt Samuel filius Annæ, offertur Domino ablactatus a matre. 1. Reg. 1. 23. 24. 25. 26. 27. 28. Ita & hec sentata, vt in habitatione sancta illi ministraret. Eccl. 24. 14. • Ab initio, & ante secula creatarum usq; ad futurum seculum non definam, & in habitatione sancta coram ipso ministravi. Psalm. 44. 9. 10. 11. Filiæ regum in honore tuo. Astutus regis à dextris tuis in vestitu deaurato: circumdata varietate. Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui Vers. 14. 15. Omnis gloria eius filia regis ab intus, in fimbrijs aureis circumdata varietatibus.



CAPVT